



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Occupatio animae Jesu Christo crvcifixo devotee.

Leroy, François

Pragae, 1666

Capvt I. Ad peculiarem certis in articulis Christi patientis imitationem,
introductio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47123](#)

P A R S V.

Christi patientis, in actibus quibusdam gestisve singularibus imitatio.

C A P U T I.

Ad peculiarem certis in articulis Christi patientis imitationem, introductio.

 *Mnis vita Christi, Doctoris atque Ductoris nostrí, Christiano homini ad imitandum proponitur. Cetera est: quia, ut ait S. Augustinus, tota vita eius in terris, disciplina morum fuit. Etenim, sicut ratione personæ, Verbum est Patris, ipsissimæq; Deus Sapientia: ita etiam se proinde gessit inter homines, ut quidquid aut per se ageret, aut in se admitteret, animata quædam esset honestæ vitae regula, exemplum loquens, & viva ad optimum exhortatio.*

Hinc enim & B. Apostolus sanguinis Christi aspersio- Heb. 12. *nem loquentē facit: & S. Augustinus Christi miraculis dat In Joan. tr.* De ver. re- *linguam suam, verbiq; facta vult nobis & signa & verba esse:* 24. & 49. *& stabuli ejus atq; præsepis clamorem exaudit S. Bernardus, Serm. 3. de* lig. c. 16. *atq; in membris infantilibus, in lacrymis atq; vagitu, gran-* nat. *de præconium quasi evangelizantis agnoscit. Qui rursum de* *ipsa Christi passione differens: Clamat clavus, inquit, clamat vulnus, quod verè DEUS sit in Christo mundum reconcilians sibi. Quin & ipsum Verbi Incarnati tempestivum* Cant. *silenc-*

Francisci le Roy Occupat: Crucifixi Pars V.

RS

*Tr. 116. in
Joann.*

silentium, si quis aurem cordis admoveat, sentietur esse vo-
calissimum: quia, ut hic quoque ad quoddam Augustini
dictum alludam, ubi etiam ut ovis silebat, ut pastor doc-
bat. Adeò universè verum est vulgatum istud: *Omnis Chri-
sti actio, nostra est instrutio.* In quo proinde novi testa-
menti supremo Pontifice verius ac certius eluxit; quod in
figura requirebatur ab Aaronico: cuius sacræ tunice, teste
B. Hieronymo, idcirco divino præcepto adjecta fuere tin-
tinnabula: *Ut gressus Pontificis, & motus, & universa voci
lia sint: ut quidquid agit, quidquid loquitur, doctrina si po-
pularum.* ut ex ejus S. Doctoris mente refert noster Cornelius;

*Ep. 128. &
in P. 132.*

seu prout uno verbo ipse Hieronymus; ut dum in-

greditur egrediturve, totus vocalis incedat.

Veruntamen ejusdem Domini nostri acerba passio,
ipsum, inquam, Christi flagella, plagas & opprobria suffi-
cientis, in cruce pendentis, exhausti, morientis exemplum,
propriâ singulariæ ratione imitationem à nobis exigit. Ad
id (ut supra dicebamus) speciatim nos hortante B. Petro A-
postolo, dum ita scribit in priore sua epistola: *Christus Je-
sus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, ut sequamini ve-
stigia ejus.* Ut nimirum haec ipsa vestigia, quæ in passione
sua Christus impressit, & ipso etiam suo sanguine signavit,

De sanct.

Virg. c. 27. imitantibus vestigijs premamus. Nam (ut ait S. Augustinus)

quid est eum sequi, nisi imitari?

Neque vero ipsem et Redemptor, ijs qui sui sequelam
imitationem affectarent, sese aut apud populum concin-
nantem, aut magna quadam ac mira patrantem, sed pati-
entem & crucem ferentem, in exemplum vitæ proposuit,
Mattio. 16. dum disertè edixit discipulis; ut si quis post ipsum venire,
(hoc est, peculiari imitatione prosequi sese) voluerit, tollat
crucem suam, & sequatur se; & ipsum utique suum patibu-
lum bajulantem, & cum cruce prægrandi, cæterorum a-
gmen, quibus itidem cruces suas in humeros tollere, & cum
ducem

ducem sequi animus fuerit, ad juga Calvariae antecedentem.

Et sane eadem Christi passio, omnium, quæ ille in vita docuit, aut fecit, aut pertulit, complexio quedam & tanquam contracta epitoma est; brevis illa quidem, sed præclara minimèq; obscura. Neq; profectò usquam alibi Salvator, tam multa, tam rara, tam ad sensus nostros permovendos efficacia, quam in passione sua protulit, virtutum non dicam heroicarum, sed divinissimarum, exempla.

Demum, uti morientium parentum suprema, seu dicta, seu facta, penitus insident in liberorum animis, infingunturq; memoriae: ita dubium esse non debet; ea quæ dulcis parens noster, ultimâ illâ vitæ sua parte, & tanquam extremo actu gesserit, extitisse hujusmodi, quæ idem dilectos filios suos, & assiduâ memoriam tenere, & animo grato complecti, & sedulâ scilicet imitatione, vellet exprimere.

Ob hæc igitur visum est faciendum nobis, ut Dominicæ passionis certa mysteria, moribus nostris actibusque præsertim accommodata, in hac quinta nostri operis parte, imitandi gratiâ proponeremus. Nos tametsi ea quæ parte superiori disputata sunt, eò tendere visa sint omnia, ut proposito nobis ob oculos Jesu crucifixo, tanquam archetypo, faceremus secundum illud exemplar, adeòq; ex ejus imitatione libenter pati condisceremus: id tamen non nisi generaliter, & permixtè satis atque indiscrètè perfectum est, neque ordine descendendo ad singula; aut partes ipsas divinæ passionis, ejusve actus singulares, nostræ contemplationi subiectando: cùm, ut efficax sit, circa res certas ac definitas versari debeat imitatio.

Cùmq; inter ea, quæ ad salutem ac perfectionem mul- *De obediët.*
tum conferunt, à B. Justiniano recenseatur, gustus operum
Christi; ea sigillatim applicanda sunt ad sensus nostros, &
familiari quasi ruminacione comminuenda, quò eorum intimus gustetur sapor, & ipsa in utilem animæ substantiam
ver-

vertantur. Proindeq; idem S. Doctor alio in loco, commendat Christi Sponsæ soleritatem: quæ (ut ipse ait) *ipjus*
De casto cō- quendam sibi componit fasciculum totius vite illius, querun-
nub. t. 23. nando nutrit cunctos suos internos sensus. Quod etiam fer-
serm. 2. de cit, quod ait mellifluus Bernardus: *Dignum est enim (inqui-*
cen. Dom. *ens)* & tibi multum expedit, compati, commori, consolari
passo mortuo, & sepulco. Ad hoc enim facta sunt bryumata,
ut his omnibus configuretur & conformetur vita Christiani.

Hoc denique studium, quæ nobis constantia ac perse-
l. 5. l. 7. n. 35. verantia tenendum sit, pulchre declarat Abbas quidam in
Vitis Patrum; exemplo canis leporem semel visum confor-
ter persequentes, & ejus assequendi gratia, aspera quoque
atque horrida ardore summo superanties. Sic etenim (*in-*
quit) qui Dominum JESUM querit, cruci insinuerint in-
dit, quæ occurunt scandala omnia præteriens, donec ad Crucis
fixum perveniat. Sic ille.

Igitur ab oratione in horro usquæ ad mortem in cruce,
quasdam feligemus seu actiones seu passiones Domini nostri
præcipuas, quæ aliquid habeant ad imitandum singulare,
& ad quas proinde imitatione exprimendas, nos con-
veniat studiosius conniti. Insistemus tamen etiam hac in
parte, consuetæ nobis ac familiari res istas tractandi rati-
oni: ut neque ipsa passionis mysteria, in puncta (quod ad-
*junt) seu certa capita exactè aut anxiè digerantur, velut in
usum asceticæ commentationis; & tamen ita tractentur
res, ut primum sit ei cui lubuerit, certos exinde articulos
deligere, eosq; vel suæ consuetæ meditationi velut materiam
subiçere, vel ad aliam quamlibet liberiorem, & minus ab-
strictam, spiritualem exercitationem transferre. Dummo-
do id existat denique, ut in omni rerum atque temporum
articulo, sit nobis re ipsâ Christus patiens, exemplum vita-
*morum regula, patientiæ disciplina.**

CAPUT